Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698193-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698193-p0002-7

AD.

VIRVM.

SVMME. REVERENDVM. PRAECELLENTISSIMVM. AMPLISSIMVM.

DOCTISSIMVM.

DOMINVM.

M. IO. CHRISTOPHIL. FRIDERICI.

PASTOREM. ET. SVPERINTENDENTEM.
BRISNITIAE. DOMINARVM.
GRAVISSIMVM.

QVVM.
d. VII. M. SEPT. CIↄIↄCCXXXIV.
SOLEMNES. CELEBRARET. NVPTIAS.

HENDECASYLLABI.

QVIBVS.

SVAM. COMMONSTRANT. LAETITIAM.
FIDELISSIMI. ADFINES.

IOHANNES. SCHIEFERDECKER.

POTENT. POLON. REGI. ET. ELECT. SAXONIAE.
A COMMISSION. CAMERAE. PRAEFECTVS. AC. IVDICII.
GENEROSISS. TOPARCHAE. PORSTENDORFF. INSPECT.

PARITERQVE.

M. IOHANNES. MARTINVS. IVGLER.

ECCLESIAE. WETTEBVRGENSIS. PASTOR.

NVMBVRGI,
Typis BALHTASAR. BOSSOEGELII, privil. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698193-p0004-8
DFG

* * *

POſt longas igitur moras grauesque,
Adfinis vario colende cultu,
(Quod felix Tibi ſit, bonumque!) tandem
Te laeta haec faciet dies maritum.
O lucem quater et quater ſecundam,
Lucem blanditiis facetiisque,
Lucem deliciis, lepore, plauſu,
Lucem dulciſonis modis terendam!
At nos cum reliquis Tuis canentes
Omni deſtituunt fauore Muſae.
Vultu propterea ſereniore
Iſtos ſuſcipias leues Phaleucos,
Haud quaquam ſimiles Catullianis
Qui ſpirant Veneres, ſalesque ſpirant.
O gaude ex animo! beate Sponſe,
Iuſto more datur Tibi marita,
Quae virtute ſua ſatis renidet,
Quae cara eſt ſoboles probi Parentis,
Quae cara eſt ſoboles probae Parentis.
O gaude ex animo! beata Sponſa,
Iuſto more datur Tibi maritus,
Qui laudem eximiam ſibi parauit,
Qui Te plus oculis ſuis amabit,
Quem Tu plus oculis Tuis amabis.

O lucem quater et quater ſecundam,
Qua Vos coniugium fidele initis!
Sic eſt: qui ſociam tori requirunt,
Implorantque Dei benignitatem,
Hoc vt propoſitum ſecundet, illi
Omnino poterunt ſibi ominari,
Quas optare ſolent, amoenitates,
En! huiuſce rei venis citandus,
O Vir perpetuo colende, *teſtis.*
Tu foedus cupiens iugale, Numen
Summum in conſilium frequens vocaſti:
Ergo macte Tua beatitate,
Quam nunc percipies per omne tempus.
Auctor connubii Tui ſupremus
Quamuis laetitiam Tibi Tuaeque
Concedat! fugiant acerba fata
Caſtum, quem petitis, torum, precamur!
Auctumnus reficit bono propinquus
Nos fructu; ſtimulus ſit hocce Vobis,
Vt fructus etiam breui feratis,
Qui nos exhilarent ſubinde, dulces.
Feſtines igitur, beate Sponſe,
Vna cum lepida Tua puella,
Poſt longas nimium moras grauesque.

):(*):(

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-JOL
K018
b17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698193-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698193-p0008-1

123

AD.

VIRVM.

SVMME REVERENDVM. PRAECELLEN-

AMPLISSIMVM.

ISSIMVM.

INVM.

RISTOPHIL.

ERICI.

VPERINTENDENTEM.

DOMINARVM.

ISSIMVM.

QVVM.

. CIↃIↃCCXXXIV.

EBRARET. NVPTIAS.

ASYLLABI.

VIBVS.

TRANT. LAETITIAM.

MI. ADFINES.

HIEFERDECKER.

GI. ET. ELECT. SAXONIAE.

E. PRAEFECTVS. AC. IVDICII.

E. PORSTENDORFF. INSPECT.

TERQVE.

ARTINVS. IVGLER.

EBVRGENSIS. PASTOR.

BVRGI,

SSOEGELII, privil. Typogr.

123.